

foveat, tueatur, scit exitus è morte: Psalm. LXVIII, 21. A
2. Par. XX, 12. Ephes. III, 20. Gen. XXII, 8.

[4] Laquei insidiaeque paratae sunt piis passim ab hominibus demoniisque pravis.

USUS E VERSU V.

(1) Circumspicimus haut rayò sine fructu, opem quaerentes inter hac caduca: Pfal. LXIX, 4. CXXI, 1.

(2) In adversitatibus gravioribus & luctibus nemo facile vel vult, vel potest nos agnoscere cum cura efficae: conf. Psalm. XXVII, 10. XXXVIII, 12.

(3) Varia quidem perfugia nobis effingimus extra periculum; verum cum ingruit necessitas, vana deprehendimus omnia humana.

(4) Curam animæ gerere, proximique salutem quaerere tenemur omnes. Sed quam facile hic nostrum deserimus officium! quam pauci Samaritani! Luc. X, 37.

USUS E VERSU VI.

(1) Clamandum ad Deum unice per preces: vide præc. I. & II.

(2) Nullibi tutius datur asylum, quam sub alis gallinae caelestis: Matth. XXIII, 37. Huc per crucem compellimur: 2. Cor. I, 9. Conf. Pfal. LXXI, 1. seq. XCI, 1. 9. XVIII, 2. LV, 23. Prov. XV, 20.

(3) Portio haereditaria nostra sit Deus ipse: solò hoc contenti possumus esse satis. Pfal. LXXIII, 25.

(4) Terra praesens terra potius mortuorum, quam verè viventium.

USUS E VERSU VII.

(1) Quo plus exhausti sumus, & quo plus inopiam sentimus propriam, eo citius audimur à Deo: Luc. XVIII, 13. 14. Psalm. XVI, 6. XX, 8. 2. Corinth. XII, 9. Luc. I, 52.

(2) Eripit DEUS mire, tempestive, salubriter, mediate, immediate, &c.

(3) Quo potentior est vis hostilis, eo major eripienti Deo debetur gloria.

USUS E VERSU VIII.

[1] Educimur à Deo, conclusi morbis, periculis belli, famis, inopia, &c. vel in libertatem novam, vel per mortem ad perfectam & plenariam.

[2] Consequens sit Celebratio divini nominis Psalm. L, 15. 23.

[3] Piorum liberatio evidentior allicit undiquaque Justos, tanquam in theatrum noviter exstructum, ut una cum liberato DEUM magnificiant, gaudentque cum gaudentibus: Psalm. XXXIV, 3. VII, 18. CVII, 32. CXVI, 17. Luc. XV, 6.

[4] Dei beneficia nulla hominum respiciunt merita: Rom. XI, 34. Sap. IX, 27.

PSALMI CXLIII. DISPOSITIO.

Liberationis desiderium.

Ne judices! rege, refice!

Est hîc I. precatio (1) pro exauditione: (α) audi precationem meam: (β) auscultas supplicationem meam: (γ) exaudi me propter veritatem justitiamque tuam: v. 1. (2) pro absolutione: ne in iudicium intres cum servo tuo: ratio, coram te non justificatur ulla caro: v. 2.

II. Recensio miseriæ, quoad (1) hostem, qui (a) persequitur animam meam: (b) vitam meam deprimit in terram usque: (c) in tenebras mortuorum instar me collocat: v. 3. (2) quoad seipsum: (α) spiritus meus in me deliquium patitur: (β) cor meum obstupescit: v. 4.

III. Sui ipsius erectio: (1) recordor dierum antiquorum: (2) meditor de omnibus tuis operibus: (3) expando ad te manus meas: (4) anima mea ad te anhelat tanquam terra siticulosa: v. 5. 6.

IV. Repetita oratio: (1) exaudi me cito: ratio: deficit spiritus meus: (2) ne occultes à me faciam tuam: ratio, ne asumiler descendibus in foveam: v. 7. (3) audire me fac mane gratiam tuam: ratio, in te speravi: (4) Indica mihi viam, qua ambulem: ratio, te unice appeto: v. 8. (5) eripe me ab hostibus meis: ratio, te expectavi: v. 9. (6) doce me facere voluntatem tuam: ratio, quia tu es DEUS meus: (7) spiritus tuus deducat me per terram rectitudinis: v. 10. (8) vivifica me; ratio, propter nomen tuum: (9) educ animam meam ex angustia; ratio: propter justitiam tuam: v. 11. (10) excinde hostes meos, ratio, propter gratiam tuam; (11) perde omnes animæ meæ oppressores: ratio, quia sum servus tuus: v. 12.

PSALMUS CXLIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

שמע Audi precationem meam:) consuetum hoc est Davidis in precibus exordium, quo Dei sui attentionem conciliare veluti annititur; ut ejulantem se & audiat & exaudiat, &c. vide Pfal. CXXX, 2. LXIV, 2. &c. Lutherus: ethiõre. LXX. & cum his Vulgatus, Arabs & Æthiopicus inscriptionem ponunt: cum persequeretur eum Absalon filius ejus. Syrus verò: propter Edomcos, qui venerunt adversus Davidem. Verum in fontibus & Chaldæo nihil horum comparet. Quare in personâ totius Israelis psalmum hunc à Davide dictum censet Rasche. Addimus tamen nonnullorum conjecturas, Davidem scilicet in persecutione, cum

hæc scriberet, constitutum fuisse, ob mentionem affligentium, vers. 3. 9. 12. quæ ipsâ tamen afflictio non contigerit innocenti, ut tempore Saulis, sed plagas pro merito; quâ de causâ etiam in iudicium ne trahatur, oret vers. 2. &c. verum num his ipsis evincatur id, quod intenditur, disquirere non est hîc locus.

שמע auribus percipe:) consveta hæc est phrasium æquipollentium conglomeratio, qualis Pfal. V, 2. XVII, 2. & ferè semper שמע hoc junctum sibi habet alterum שמע, ut Jof. I, 2. &c.

שמע precēs meas flebiles:) vid. Pfal. CXL, 7. שמע קול החנוני. Lutherus: flehen. Quod ipsum etiam retinet Moguntina.

כחמונתך